

ISTITUZIONI DI DIRITTO ROMANO (A-L)

CORSO PARALLELO DI TERMINOLOGIA E SISTEMATICA
Prof.ssa Rosanna Ortu

FONTI
I

IUS
Personae – res – actiones
Capitis deminutio

1

D.1.1.1pr. (ULPIANUS libro primo institutionum)

Iuri operam daturum prius nosse oportet, unde nomen iuris descendat. est autem a iustitia appellatum: nam, ut eleganter Celsus definit, ius est ars boni et aequi.

2

D.1.1.10pr.-1 (ULPIANUS libro primo regularum)

Iustitia est constans et perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi.

1. Iuris praecepta sunt haec: honeste vivere, alterum non laedere, suum cuique tribuere.

3

D.1.2.2.6 (POMPONIUS libro singulari enchiridii)

6. Deinde ex his legibus eodem tempore fere actiones compositae sunt, quibus inter se homines disceptarent: quas actiones ne populus prout vellet institueret certas solemnesque esse voluerunt: et appellatur haec pars iuris legis actiones, id est legitimae actiones. **et ita eodem paene tempore tria haec iura nata sunt: lege duodecim tabularum ex his fluere coepit ius civile, ex isdem legis actiones compositae sunt.** omnium tamen harum et interpretandi scientia et actiones apud collegium pontificum erant, ex quibus constituebatur, quis quoquo anno praesentis privatis. et fere populus annis prope centum hac consuetudine usus est.

4

D. 1.1.9 (GAIUS libro primo institutionum = Gai 1.1)

1. Omnes populi, qui legibus et moribus reguntur, partim suo proprio,

1

D.1.1.1pr. (ULPIANO libro primo delle Istituzioni)

E' bene che chi vuole dedicarsi allo studio del diritto, conosca in primo luogo da dove viene il nome del diritto. Esso è detto così dalla giustizia; infatti, come elegantemente lo definisce Celso, il diritto è l'arte del buono e del giusto.

2

D.1.1.10pr.-1 (ULPIANO libro primo delle regole)

La giustizia è la volontà costante e duratura di attribuire a ciascuno il suo diritto.

1. I precetti del diritto sono questi: vivere onestamente, non ledere l'altro, attribuire a ciascuno il suo.

3

D.1.2.2.6 (POMPONIO libro unico del Manuale)

6. Poi, quasi nello stesso tempo, da queste leggi furono composte le azioni, affinché gli uomini potessero con esse discutere tra loro; e onde il popolo non le istituisse a capriccio, vollero che fossero determinate e solenni, e questa parte del diritto si chiama *azioni della legge*, cioè azioni legittime. **E così quasi nello stesso tempo nacquero queste tre parti del diritto: le leggi delle dodici tavole, da cui cominciò a sorgere il diritto civile, e da queste si composero le azioni di legge.** Di tutte queste parti però sia la scienza dell'interpretazione sia le azioni rimasero affidate al collegio dei Pontefici, tra i quali si eleggeva chi in ciascun anno dovesse sovrastare alle faccende private e così il popolo quasi per cento anni osservò tale consuetudine.

4

D. 1.1.9 (GAIUS libro primo delle istituzioni = Gai 1.1)

1. Tutti i popoli che si reggono con

partim communi omnium hominum iure utuntur: Nam quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium est vocaturque ius civile, quasi ius proprium civitatis; quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes populos peraeque custoditur vocaturque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes utuntur. [Gai 1.1: Populus itaque Romanus partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utitur.]

5

D.1.1.1.3-4 (ULPIANUS libro primo institutionum)

3. Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit: nam ius istud non humani generis proprium, sed omnium animalium, quae in terra, quae in mari nascuntur, avium quoque commune est. hinc descendit maris atque feminae coniunctio, quam nos matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio, hinc educatio: videmus etenim cetera quoque animalia, feras etiam istius iuris peritia censer.

4. Ius gentium est, quo gentes humanae utuntur. Quod a naturali recedere facile intellegere licet, quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se commune sit.

6

D.1.1.6pr. (ULPIANUS libro primo institutionum)

Ius civile est, quod neque in totum a naturali vel gentium recedit nec per omnia ei servit: itaque cum aliquid addimus vel detrahimus iuri communi, ius proprium, id est civile efficitur.

le leggi ed i costumi, in parte usano un diritto proprio, in parte il diritto comune a tutti gli uomini. Infatti il diritto che ciascun popolo dà a se stesso, è proprio alla stessa città ed è chiamato diritto civile, come se si dicesse diritto proprio della città. Invece (*quel diritto*) che la ragione naturale ha costituito tra tutti gli uomini, quello è custodito egualmente da tutti i popoli ed è chiamato diritto delle genti, come a significare “diritti di cui fanno uso le singole genti”. [Gai 1.1: Perciò il Popolo Romano utilizza in parte un diritto proprio, in parte un diritto comune a tutti gli uomini.]

5

D.1.1.1.3-4 (ULPIANO libro primo delle Istituzioni)

3. Il diritto naturale è quello che la natura insegna a tutti gli animali (*esseri animati*): infatti, questo diritto non è proprio del genere umano ma di tutti gli esseri animati che nascono in terra o in mare, ed è comune anche agli uccelli. Da esso deriva l'unione del maschio e della femmina, che noi chiamiamo matrimonio, da qui la procreazione dei figli, da qui l'educazione: vediamo, infatti, che anche gli altri animali, le stesse fiere hanno conoscenza di questo diritto.

4. Il diritto delle genti è quello che viene adoperato dai popoli. Ed è facile comprendere in che si distingua dal diritto naturale; poiché quello è comune a tutti gli esseri animati, questo solo agli uomini.

6

D.1.1.6pr. (ULPIANO libro primo delle Istituzioni)

Il diritto civile è quello che non si discosta del tutto né dal diritto naturale o da quello delle genti, né lo segue totalmente. Infatti, quando aggiungiamo o togliamo qualcosa al diritto comune, facciamo un diritto proprio, ossia civile.

7

D.1.1.7.1 (PAPINIANUS *libro secundo definitionum*)

1. Ius praetorium est, quod praetores introduxerunt adiuvandi vel supplendi vel corrigendi iuris civilis gratia propter utilitatem publicam. quod et honorarium dicitur ad honorem praetorum sic nominatum.

8

D.1.1.8 (MARCIANUS *libro primo institutionum*)

Nam et ipsum ius honorarium viva vox est iuris civilis.

9

D.1.1.1.2 (ULPIANUS *libro primo institutionum*)

2. Huius studii duae sunt positiones, publicum et privatum. publicum ius est quod ad statum rei Romanae spectat, privatum quod ad singulorum utilitatem: sunt enim quaedam publice utilia, quaedam privatim. publicum ius in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus constitit. privatum ius tripartitum est: collectum etenim est ex naturalibus praeceptis aut gentium aut civilibus.

10

D.1.3.16 (PAULUS *libro singulari de iure singulari*)

Ius singulare est, quod contra tenorem rationis propter aliquam utilitatem auctoritate constituentium introductum est.

11

Gai 4.2-3

2. In personam actio est, qua agimus cum aliquo, qui nobis vel ex contractu vel ex delicto obligatus est, id est, cum intendimus *dare facere praestare oportere*.

3. In rem actio est, cum aut corporalem rem intendimus nostram esse, aut ius aliquod nobis competere,

7

D.1.1.7.1 (PAPINIANO *libro secundo delle definizioni*)

1. Il diritto pretorio è quello che i pretori introdussero allo scopo di aiutare, supplire o correggere il diritto civile, per l'utilità pubblica. E viene chiamato onorario, prendendo nome dall'onore dei pretori.

8

D.1.1.8 (MARCIANO *libro primo delle Istituzioni*)

Ed infatti lo stesso diritto onorario è la viva voce del diritto civile.

9

D.1.1.1.2 (ULPIANO *libro primo delle Istituzioni*)

2. Di questo studio due sono gli oggetti: il (*diritto*) pubblico e il privato. Il diritto pubblico è quello che attiene al bene della *Res publica* romana, il privato quello che si rivolge all'utilità dei singoli. Vi sono, infatti, cose utili sotto il profilo pubblico, altre sotto quello privato. Il diritto pubblico consiste delle cose sacre, dei sacerdoti, dei magistrati. Il diritto privato è tripartito, è formato, infatti, dai precetti naturali, da quelli comuni ai popoli, da quelli civili.

10

D. 1.3.16 (PAOLO *nel libro unico intorno all'editto singolare*).

Il diritto singolare è quello che, per qualche pubblica utilità è stato introdotto dall'autorità di coloro che lo hanno statuito, contro le norme comuni della ragione.

11

Gaio 4.2-3

2. E' personale l'azione con cui agiamo contro qualcuno che ci è obbligato per contratto o per delitto, ossia quando pretendiamo "doversi dare fare prestare".

3. E' reale l'azione quando pretendiamo che una cosa corporale sia nostra, o che ci competa qualche diritto,

veluti utendi aut utendi fruendi, eundi agendi aquamve ducendi vel altius tollendi prospiciendive; aut cum actio ex diverso adversario est negativa.

12

Gai 1.8

8. Omne autem ius, quo utimur, vel ad personas pertinet vel ad res vel ad actiones. Sed prius videamus de personis.

13

D.1.5.26 (IULIANUS libro sexagensimo nono digestorum)

Qui in utero sunt, in toto paene iure civili intelleguntur in rerum natura esse. nam et legitimae hereditates his restituuntur: et si praegnas mulier ab hostibus capta sit, id quod natum erit postliminium habet, item patris vel matris condicionem sequitur: praeterea si ancilla praegnas subrepta fuerit, quamvis apud bonae fidei emptorem pepererit, id quod natum erit tamquam furtivum usu non capitur: his consequens est, ut libertus quoque, quamdiu patroni filius nasci possit, eo iure sit, quo sunt qui patronos habent.

14

Gai 1.159-163

159. Est autem capitis deminutio prioris status permutatio. Eaque tribus modis accidit: nam aut maxima est capitis deminutio, aut minor, quam quidam mediam vocant, aut minima.

160. Maxima est capitis deminutio, cum aliquis simul et civitatem et libertatem amittit; quae accidit incensis, qui ex forma censuali venire iubentur; - 2 - item feminae, quae ex senatusconsulto Claudiano ancillae fiunt eorum dominorum, quibus invitae et denuntiantibus cum servis eorum coierint.

come di uso o di usufrutto, di servitù di passaggio in proprio e con animali, o di condurre acqua, o di costruire edifici più alti, o di veduta; o quando l'azione dell'avversario è la negatoria.

12

Gaio 1.8

8. Tutto il diritto che vige fra noi, si attiene o alle persone, o alle cose, o alle azioni. E prima trattiamo delle persone.

13

D.1.5.26 (GIULIANO nel libro sessantanovesimo de' Digesti)

Coloro che sono nell'utero quasi in tutto il corpo del diritto civile si intendono esistenti in natura: poiché e le eredità legittime si restituiscono loro, e se la madre incinta sia fatta prigioniera da' nemici, il figlio che nasce gode del beneficio del postliminio: del pari segue la condizione del padre, o della madre. Inoltre se una ancilla incinta sia stata rapita, quantunque abbia partorito presso un compratore di buona fede, il figlio che ne sarà nato, essendo furtivo, non viene usucapito. Da questi esempi ne deriva che anche il liberto, fino a quando possa nascere un figlio del patrono, sia nella condizione giuridica in cui sono coloro che hanno un patrono.

14

Gaio 1.159-163

159. La 'capitis deminutio' è il cambiamento dello stato precedente, e può avvenire in tre modi, essendo o massima, o minore che alcuni chiamano media, o minima.

160. La 'capitis deminutio' è massima, quando taluno perde insieme la cittadinanza e la libertà: quale capita ai non censiti, che in base all'ordinamento del censo devono essere venduti; ... 2. In forza del senatoconsulto Claudiano [52 d.C.] anche le donne libere cadono in schiavitù dei padroni dei servi con cui

161. Minor sive media est capitis deminutio, cum civitas amittitur, libertas retinetur; quod accidit ei, cui aqua et igni interdictum fuerit.

162. Minima est capitis deminutio, cum et civitas et libertas retinetur, sed status hominis conmutatur; quod accidit in his qui adoptantur, item in his quae coemptionem faciunt, et in his qui mancipio dantur quique ex mancipatione manumittuntur; adeo quidem, ut quotiens quisque mancipetur aut manumittatur, totiens capite deminuat.

163. Nec solum maioribus capitis deminutionibus ius agnationis corrumpitur, sed etiam minima; et ideo si ex duobus liberis alterum pater emancipaverit, post obitum eius neuter alteri agnationis iure tutor esse poterit.

15

Gai 1.9

9. Et quidem summa divisio de iure personarum haec est, quod omnes homines aut liberi sunt aut servi.

abbiano avuto rapporti contro la volontà ed ad onta della denuncia dei primi.

161. Minore o media è la ‘*capitis deminutio*’ quando si perde la cittadinanza conservando però la libertà; ciò avviene a chi fu interdetto dall’acqua e dal fuoco

162. Minima è la ‘*capitis deminutio*’ quando, conservando cittadinanza e libertà, lo stato dell’individuo muta: ciò ha luogo in coloro che vengono adottati, o che facciano la ‘*coemptio*’, o che vengano dati in mancipio, oppure che dopo essere stati mancipati siano manomessi: di modo che tutte le volte che uno è mancipato o manomesso, vi sia sempre ‘*capitis deminutio*’.

163. Il diritto di agnazione viene alterato non solo con le ‘*capitis deminutiones*’ maggiori, ma anche dalla minima; quindi, se il padre di due figli ne abbia emancipato uno, né l’uno né l’altro, dopo la morte del padre, potrà essere tutore del fratello per diritto di agnazione.

15

Gaio 1.9

9. La divisione principale del diritto delle persone è che tutti gli uomini o sono liberi o sono servi.

N.B. Per il testo italiano dei frammenti del *Digesto* di Giustiniano si è tenuta presente la classica traduzione ottocentesca del Vignali (*Corpo del diritto*, Napoli 1856-62), e per i paragrafi tratti dalle *Istituzioni* di Gaio della traduzione ottocentesca a cura del Tedeschi (*Istituzioni di Gaius commentarii quattro*, I-II, Verona 1857) aggiornandoli, in qualche punto, nello stile e modificandoli quando è apparso opportuno.